

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum hæc gratia pertineat etiam ad mulieres? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

*Num gratia sermonis, sapientia, & scientia persi-
neat etiam ad mulieres?*

A Secundum sic proceditur. Videatur, quod gra-
tia sermonis sapientiae & scientiae pertineat etiam
ad mulieres. Ad huiusmodi enim gratiam pertinet do-
cere, sicut dictum est. Sed docere competit mu-
lieri. Dicitur enim Proverb. 4. *Vnigenitus fui coram
mare mea, & docebat me. Ergo haec gratia compe-
tit mulieribus.*

¶ 2 Praeterea, Maior est gratia prophetiae quam
gratia sermonis, sicut maior est contemplatio verita-
tis quam eius enuntiatio. Sed prophetia conceditur
mulieribus: sicut legitur Iudic. 4. de Delbora; & 4.
Regia de Olda prophetissa vxore Sellum; & Act. 21.
de quatuor filiabus Philippi. Apostolus etiam dicit. 1.
Corinth. 11. *Omnis mulier orans aut prophetans,
etc. Ergo videtur quod multo magis gratia sermonis
comperat mulieri.*

¶ 3 Praeterea, Primæ Petri quarto dicitur, *Vnus-
quisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam ad-
ministrantes. Sed quædam mulieres accipiunt gra-
tiam sapientiae, & scientiae: quam non possunt alijs
administrare, nisi per gratiam sermonis. Ergo gratia
sermonis competit mulieribus.*

SED contra est, quod Apostolus dicit primæ ad
Corinthis decimo quarto, *Mulieres in Ecclesijs
vixit. Et primæ ad Thymotheum secundo, Doce-
re mulieri non permitto. Hoc autem præcipue perti-
nit ad gratiam sermonis. Ergo gratia sermonis non
comperit mulieribus.*

RESPONDEO dicendum, quod sermone potest ali-
quidem dupliciter. Uno modo priuatè, ad vnum vel pau-
ci familiariter colloquendo: & quantum ad hoc, gra-
tia sermonis potest competere mulieribus. Alio modo
potest alloquendo totam Ecclesiam: & hoc mulieri
conceditur. Primo quidem & principaliter, pro-
pter conditionem semini sexus, qui debet esse sub-
ditus

843

art. prec.

342 QVÆST. CLXXVII. ART. II.
dius viro , vt patet Genesij tertio . Docere autem &
persuadere publicè in Ecclesiâ , non pertinet ad subdi-
citos , sed ad prælatos . Magis tamen viri subditi ex com-
missione possunt exequi : quia non habent huiusmodi
subiectionem ex naturali sexu , sicut mulieres , sed ex
aliquo accidentaliter superueniente . Secundo , ut
animi hominum allicitur ad libidinem . Dicunt
enim Eccles . 9. Colloquium illius quasi ignis erde-
scit . Tertio , quia vt communiter , mulieres non sunt
in sapientia perfectæ , vt eis possit conuenienter po-
blica doctrina committi .

Ad primum ergo dicendum , quod illa auctoritas
loquitur de doctrina priuata , qua natus filium erat .

Ad secundum dicendum , quod gratia a propheta
attenditur secundum mentem illuminatam a Deo ex
qua parte non est in hominibus sexuum differentia ,
secundum illud ad Coloss . 3. Indumentes nouum homi-
num , qui renouatur secundum imaginem eius qui cre-
vit eum , ubi non est masculus neque feminus . Sed pro-
pria sermonis pertinet ad instructionem hominum , be-
ter quos differentia sexuum inueniuntur : vnde non est
similis ratio de utroque .

Ad tertium dicendum , quod gratiam diuinam
ceperant diversimodè aliqui administranti , secundum
diversitatem conditionis ipsorum . Vnde mulier
gratiam sapientiae aut scientiae habeant , possumus
administrare secundum priuatam doctrinam , non
rem secundum publicam .

QVÆST. CLXXVIII.
*De gratia miracularum , in duos articulo
divisæ .*

Dinde considerandum est de gratia mira-
lorum .
¶ Et circa hoc queruntur duo .
¶ Primo , verum sit aliqua gratia gratis data facien-
ti miracula ?
¶ Secundo , quibus conueniat .